Suidas in voce πέσημα, πρὸς τοῦτ' ὄλωλε scriptum habet; & ad Hectorem refert, à quo Aiax ensem acceperat, quo se interfecerat.

V.634. Ἐ'φῆις) Mallem ἐφῇς, vel ἐφεῖς. Hoc, optatiui erit aor. 2. act. ab ἐφίημι. Illud, subiunctiui, ab ἐφίω εις. ει.

V.644. Ὀ'ξύφρων κρίναι λέχη γυναικῶν) Hæc ab altero interprete sunt omissa, ab altero, male sunt explicata. Legitur in Basilienſi codice κρίνει. Sed vitiosè. Scribendum enim videtur κρίναι, siue dicas esse infinitiui aor. 1. act. siue imperatiui aor. 1. medij. Nam τὸ κρίνω in solo futuro κρινῶ. & in modis inde formatis corripitur, in aljis temporibus, modísque τὸ κρι longum est. Ne longius abeas, Hom. Il. B.

Κρῖν' ἄνδρας κατὰ φῦλα, κατὰ φρήτρας Ἀ'γάμεμνον.

& sexcentis aliis in locis. Diphthongus autem αι in infinitiuis, & imperatiuo aor. 1. medij, breuis est: at in tertia singulari optatiui aor. 1. act. longa censetur. Exempli gratia, ποιῆσαι in aor. 1. act. infinito, & in imperat. aor. 1. medij, ποίησαι: at in 3. opt. aor. 1. act. ποιήσαι. Si codex mendo caret, τὸ κρίναι nunc metri causa priorem syllabam correptam habere dices. Quod licentiæ poëticæ permissum. Quamquam non semper omnes τῆς ἀντιστροφῆς versus, eádem syllabarum, & pedum quãtitate seruata, versibus τῆς στροφῆς respondent, vt ipsa lex flagitaret. Interdum enim, imo verò sæpe, necessitas carminis hanc legem violat. Exemplis non est opus. Res ipsa fidem facit. κρίνειν autem λέχη γυναικῶν, hic legitima mulierum connubia dirimere significat. Hoc autem Venus facit, quoties est adulterij autor. Ὀ'ξύφρων verò vocatur is, qui acutè aliquid sentit, & cognoscit.

gnoscit. Qui ad res sentiendas, & cognoscendas ingenium acutum, ac promptum habet. Vocabulum hoc in vulgatis Lexicis non extat. Ideo significationem eius hic aperire volui.

Ἰκάνεις;) C. N. Lect. lib. 1 v. cap. 1. corrigit ἱστάνες. quod metri causa mihi quoque placet. Nam (vt docet Eustathius) ἱκάνω, τὸ ι, ἐν τῷ καὶ μακρὸν ἔχει. Hic autem in sexta sede spondeus esset, præter senarij legem, si rerineremus ἱκάνεις. Quæ verò Canterus eo loco subiicit, eum, qui Corinthum Delphis venerat, Delphos eodem tempore venire non potuisse, ac proinde non ἱκάνεις: at ἱστάνες legendum, hæc ideo mutationem nullam postulant. Quis enim ignorat has χρόνου ἐναλλαγὰς non solùm poëtis: sed etiam oratoribus esse familiares? Quare præsens pro præterito positum esse diceremus. At ipsa syllabarum violatarum quantitas hanc lectionis mutationem requirit. V.668.

Ἀ'στοῦ πόλει) Herod. libro 2. 85. 36. ποδαπὸν vocat. V.679.

Μάθοιμεν) C. cum Scholiaste μαθῇς ἂν legit. Hoc autem est δότε τὸ μαθόντες, Dimittes, trades. Hanc emendationem sequentia poëtę verba confirmant, versu 750. V.736.

Μήτ', ἄλλος ἰὼν τις πρὸς ἐμοῦ ἐκβῇ θρόνων ἄγαν

Χρήζων, μαθόντων ζῶν ἑκουσίῳ βίῳ.

Καλῶς ἔχει) Legitur & ἔχῃ: sed nihil mutandum. Hoc enim pendet à verbo λέξω, quod præcedit, & δοτὸ τῷ κοινῷ repetitum subauditur. V.777.

Ἀ'φυσαερῶν) Hoc ideo dictum, quia ex aquis auræ solent oriri, ac spirare. V.836.

Ἐ'γὼ σ' ἐμαυτῇ διὰ λόγων ἀφικόμην) Herodotus passim λόγον ἐωυτῷ διδόναι dicit, vt libro 1. pag. 9. 17. Quod loquendi genus nihil aliud significat, quàm aliquid secum reputare, perpendere, considerare, quasi dicat de re aliqua sibi ipsi rationes reddere, de re aliqua secum ratiocinari, de re aliqua consultare. Sic & pagina 54. 16. & lib. 3. 113. 43. & 122. 23. Sed in nostro Ionico Lexico Lector discendi cupidus exempla longè plura poterit videre. V.872.

V.892. Περιέμεθα) παρίεμεθα legendum, vt in Bas. cod. quod & vsitatius, & huic loco sensuique commodius. παρίεσθαι iam concedere significat, & ἐνδυναμεῖ τὸ συγχωρεῖν, vnde συγχώρησις, concessio, Rhetorica figura. Hoc patet ex sequentibus poëtæ verbis, ἢ φαμὲν κακὸς φέρειν, vbi Medea fatetur se prius male sensisse, & præteritorum peccatorum veniam simulata confessione petit, vt maritum faciliùs fallat.

V.927. Ἀπιστόν λόγοις) Fortasse ἀπειστόν, ἀπὸ τοῦ ἀπειθέω, legendum. Qua de re consule nostras in Xenophontem notas, pag. 6. C. in voce εὐπιστότατοι.

V.928. Γυνὴ δὲ, θῆλυ) Aristot. περὶ ζώων ἱστορίας lib. 9. cap. 1. 513. E. Διόπερ (inquit) γυνὴ αἰδρὸς ἐλεημονέστερον, καὶ ἀρίδακρυ μᾶλλον, &c.

V.940. Φεύγειν χθόνα) Sic & Virg. Ecloga 1. Nos patriam fugimus.

V.965. Χρυσὸς δέ) Huc illud poëtæ distichum opportunè referri potest.

Munera, crede mihi, placant hominésque, Deósque,
Placatur donis Iuppiter ipse datis.

V.973. Εἰς χεῖρ' ἐμείνης) Mallem ἐμείνω, vt hæc ita construatur, ἐκστῆθι ἐμείνω τάδε δῶρα δέξασθαι εἰς χεῖρα.

V.982. Ταὐτά) Præstaret πάντα legere, τὰ δῶρα scilicet.

V.1008. Αἳ, αἵ.) Hæc sunt separatim legenda, vt supra versu 292. de particulis φοῦ, φοῦ, monuimus. Eadem enim est ratio. In aliis codicibus rectè separantur. Canterus tamen hic etiam tacet, nec sui consilij rationes vllas reddit.

V.1015. Πρὸς τέκνων ἔτι) Videtur esse τιμῆσαι, διὰ τοῦ, φροντὶ τέκνων.

V.1056. Α᾽, α᾽.) Vide supra v. 292. & 1008. Nam hîc idem, quod ibi, faciendum constat, vt metri lex seruetur.

V.1078. Καὶ μανθάνω μὲν οἷα τολμήσω κακά) Ergo dicere poterit, quod apud Ouid. περὶ μεταμορφ. lib. 7. 150. de se dicens introducitur,

Sed trahit inuitam noua vis, aliúdque Cupido,
Mens aliud suadet. video meliora, probóque,
Deteriora sequor.

Infra, versu 380.

Τὰ χρὴς

Τὰ χρὴς ὀπίσω μέσται, καὶ γιγνώσκομεν,
Οὐκ ἐπαναγκάζομεν δέ.

Ἡμαίχετο) ἠμπίχετο potius videtur legendum, ab ἀμπίχομαι, ἐκ τοῦ ἀμφὶ, καὶ ἴχομαι. V.1159.

Ἀκραίας θεοῦ) Vide Ἄκρα apud Stephanum. & Ἄκραιον λέπας in nostro Græco indice in Thucydidem scripto. Eustath. ἀκραία Ἥρα ὀπιθετικῶς, παρὰ τὴν Ἄκραν λέγεται. 1403. 64. V.1379.

Τίς ἢ κλύει σου) Mallem κλύοι, vt sit optatiui. V.1391.

Πολλὰ δ᾽ ἐέλπτως κραίνουσι θεοί) Pindarus Olympiorum Ode 12. 136. V.1416.

Σύμβολον δ᾽ οὔπω τις ὀπίσσω θυνίων
Πιζὸν ἀμφὶ πορφύρεος ἐσομβρίας ὄβριν ἐτύθην.
Τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωνται φράδαι.
Πολλὰ δ᾽ ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν.
Ἔμπαλιν μὲν τέρψεος. οἱ δ᾽ ἀπαρᾶς
Ἀνηκούστησε ζάλας
Ἐς λόγ βαθὺ πήματος ἐν μικρῷ πεδάμενσαν χρόνῳ.

IN HIPPOLYTVM NOTÆ.

IDEM argumentum & Seneca tractat in suo Hippolyto. Vide & apud Ouidium epistolam Phœdræ ad Hippolytum. Illic enim multa reperies, quæ magnam huic fabulæ lucem afferent.

Πέτραν κατόψιον) Rupem excelsam, vnde prospectus in inferiora loca patet. V.30.

Εὐαλίου) ἡλίου. Sic rupem appellat solaribus radiis expositam, & in aprico loco sitam, quod vt efficiens causa ponitur, illud verò θερμὰς est effectum. Loca enim, quæ sunt patentia, quæque solis radiis feriuntur, sunt calidiora, quàm alia, quæ sunt vmbrosa. Latinus interpres εὐαλίου videtur legisse. Marinâ enim V.129.

rupem vertit. Quod mihi quoque placeret, si metri quantitas hanc lectionem pateretur. Alter, apricam rupem interpretatur, hanc ἠλίου scripturam secutus.

V.167. Τόξων μεδέουσαν) Homerus ἰοχέαιραν passim vocat.

V.172. Κομίζουσ' ἕξω) ἔλλειψις ἀπὸ τοῦ verbi ὄχω, ἀντὶ τοῦ, κομίζει. Est portans, id est, portat.

V.222. Ἐπίλογχον βέλος) Sic etiam in Hercule furente, versu 1003. legendum ἔγχος ὄπλογχον, non autem, vt vitiosè scriptum extat, ὅπλ' ἐγχόφ. Quam emendationem Cantero debemus.

V.231. Πώλοις ἑπέτας) Infra versu 1132. πώλων ἑπετᾶν ὀπιβάσῃ. Eustath. Ἑνετοὶ, ἔθνος, ὅθεν ἑπέται ἵπποι. καὶ Ἐνετὸς, πόλις, ἡ καὶ Ἐνετὴ, Φιλυκῆς. Hom. Iliad. B. 360.

Παφλαγόνων δ' ἦγεῖτο Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ,
Ἐξ Ἐνετῆς, ὅθεν ἠμιόνων γένος ἀγροτεράων.

Ἑνέτας autem (si codex mendo caret) accusatiuus est pluralis à recto ἑνέτης, ου. ὁ. primæ declinationis simplicium, vel secundæ, ab ἑνέτη, ης. ἡ. Quod pro magis vsitato ἑνετοὺς, vel ἑνετὰς positum dicemus. Vel ἀπὸ συγκοπῆς formatum ἐκ τοῦ ἑπέτους accus. plur. quintæ decl. simpl. Stephanus in voce Ἑνετοὶ, vbi mentionem Homericorum versuum facit, ἑνετίδας ἵππους περιφανῶς appellat. Alij voces istas Ἑνετοὶ, & Ἐγετὴ aspirant, quæ postea Βενετοὶ, & Βενετὴ. Qua de re consule Dionys. de situ orbis, cum Eustathij comment. pag. 54.

V.330. Χρυσοκόμας) Χρυσοκόμης, ἰκετευούσης. Res bonas orante.

V.365. Καταλύσει φρενῶν) Aliud est quod infra dicitur, versu 390. τοὔμπαλιν πεσεῖν φρενῶν. Verba sonant, in contrariam animi sententiam incidere, id est, sententiam mutare. Sed καταλύσει φρενῶν, accipiendum videtur pro, De sano mentis statu deturbari. Alter Latinus interpres paulo obscurius vertit, Excidere animo. καταλύειν φρενῶν, est Euripidea locutio, ἀπὸ τοῦ, καταλύειν τὴν φρενῶν πεσεῖν, id est, Mentis euersionem facere. τὰς φρένας καταλύειν, Mentem euertere, sanam scilicet, De sano mentis statu deturbare. καταλύειν enim (vt ex Suida, aliisque colligi potest) βλάπτειν, καταιρίφειν, ἀναιρεῖσθαι, ἀφανίζειν sæpe significat. καταλύσις verò, τὸ βλάψαι, εἶτα βλάβην, τὸ καταιρεφῶς, τὸ ἀναίρεσις, καὶ τὸν ἀφανισμόν. In vulgatis Lexicis hoc loquendi genus non reperies. Quare nobis hoc obiter obseruandum.

Ἡδονῇ προθέντες αὐτὴ τὸ καλόν) Aliàs simpliciter diceretur, ἡδονῇ προθέντες τὸ καλόν. Quod loquendi genus & Ennius de Fabio Maximo verba faciens, imitatus videtur, V.382.

Non ponebat enim rumores ante salutem.

Οὐκ ἂν δύ' ἦσην, ταὐτ' ἔχοντε πράγματα) ἦσθα, ἦτον, ἦσαν, tertia dualis imperfecti ἰῶ, ἴεις, ἰοῦ, ab εἰμὶ, sed σ redundat, vt docet Eustath. 100. 28. & 515. 39. Pro ταὐτ' ἔχοντε, mallem profectò ταὐτὰ ἔχοντε, vt sit pro ταὐτὰ, τὰ αὐτὰ πράγματα. Quomodo autem duæ voluptates, altera quidem bona, altera verò mala, literas easdem habent? Quia siue bona, siue mala sit ἡδονὴ, id est, voluptas, tam apud Græcos, quàm apud Latinos easdem literas habet. Nam à Græcis quidem ἡδονὴ, à Latinis verò voluptas appellatur, & literas quidem easdem vtrumque nomen in vtraque lingua semper seruat: sed pro varia qualitate varios etiam effectus habet. V.387.

Τέρμνα) Fortasse τέρεμνα scribendum, vt versu 536. & 768. & in Alcestide, versu 457. Vide τέρεμνον apud Eustath. V.418. V.430. V.447.

Τὸ σῶφρον) ἡ σωφροσύνη. Κομίζεται. φέρει.

Φεῦ τᾶς ἀν' αἰθέρα) Cic. de Natura Deorum lib. 2. 40. A. Quæ autem Dea ad res omnes veniret, Venerem nostri nominauerunt. Immensam Veneris potentiam, ac imperium, Ouid. Fast. lib. 4. pulcherrimis carminibus describit, quæ totum hunc Euripidis locum illustrare poterunt. Sic autem ille,

Illa quidem totum dignissima temperat orbem.
Illa tenet nullo regna minora Deo.
Iuráque dat cœlo, terræ, & natalibus vndis,
Perque suos coitus continet omne genus.
Illa Deos omnes (longum est numerare) creauit.
Illa satis causas, arboribúsque dedit.
Illa rudes animos hominum contraxit in vnum,

Et docuit iungi cum pare quemque sua.
Quid genus omne creat volucrum nisi blanda voluptas?

V.491. Διῆστον) Quid si διιστέον, ἀπὸ τοῦ διαπεμπτέον legeres? Hanc lectionem sequentia poëtæ verba confirmant. Dimittendi sunt, qui viro veram de te orationem enuntient. Si vulgatam sequaris, hic erit sensus, Dispiciendi sunt, & diligenter conquirendi, qui verum, aptúmque de te sermonem homini declarent. ἐξεπόντας verò pontum subaudita particula αι, pro futuro ἐξερωῦσας. Consule nostrum Xenophontis indicem Græcum in αι cum particip. aor. 2.

V.508. Εἰ δ' οὖν, πάθω) Interpretes alij videntur legisse, εἰ δ' οὔ. vertunt enim, sin minus. At nihil mutandum. Hic enim est sensus, Si tamen facere decreuisti quod cogitas, pare mihi.

V.601. Ἡλίου ἀναπτυχαί) Solis radij, qui explicantur, panduntur, & per aëris, terræque regiones diffunduntur.

V.612. Ἡ γλῶσσ' ὁμώμοχ', ἡ δ' ἄφρων ὀμώμοτος.) Aristot. Rhetor. lib 3. 143.

V.646. Δάκη) Animalia mordacia, vt serpentes. δάκη θηρῶν, pro θῆρας δακνάδας. vel simpliciter: at σωφρονοδοκιμοῦς pro ζῶα.

V.659. Ἕως ἄν) ἕως ἄν. quandiu, donec. Alij locum non bene intellexerunt.

V.669. Τάλαινις) Si codex mendo carer, hoc obseruandum, quia vix iterum alibi reperias idem vocabulum eodem modo formatum, pro τάλαις, quod vsitatum. Hoc autem metri causa factum dices. Eustath. πλεοναζόν ἐν μέσῳ λέξιν πολυβραχέων πρὸς συντέλειαν μέτρου δακτυλικοῦ. οἷον ὁδοπόρος, ὁδοιπόρος. μεσοπόλιος, μεσοιπόλιος. sic etiam in senario fiet τάλαις, τάλαινες. Vel τάλαιναι legendum, si non ad sequens πότμει: sed ad vocem γυναῖκες, quæ subaudietur, hoc referas. Vel etiam est declinationis, & formationis μεταπλασμὸς, de cuius vario genere consule Eustath. um.

V.831. Πρόσωθεν ἢ πόθεν) Mallem δὲ πόθεν, vt sensus videtur indicare.

V.872. Πρὸς δή τινος) ὑπὸ τοῦ, πρόσθεν δή. Præterea enim alicuius noui mali sinistrum augurium ceu vates prospicio.

spicio. versu 893. πρόσθεν. Vide nostrum Herodoteum indicem Græcolatinum πρὸς δέ.

Δικαλὸν ἔχει) Δίκαιον. Versum istum interpretes parum commode videntur interpretati. Sed ita locus est explicandus: At profectò aliquis amicorum in tuas aures insusurrans me calumniatus est, laboramus verò cùm simus innocentes. V.932.

Εἰς ἥλικας δὲ, κἀλίγου σοφώτερος) κἀλίγοις legendum. opponitur autem ὄχλος, ἥκιστα τὸ τοῦ δήμου πλῆθος τοῖς ὀλίγοις. V.987.

Μακρὰ ὑπερβολή) Aristot. Rhet. lib 2 102. hunc Euripidis locum innuere videtur, quum dicit, τοῦτο δὲ αἴτιον καὶ τοῦ πιθανατέρους εἶναι τοὺς ἀπαιδεύτους πρὸς πεπαιδευμένους ἐν τοῖς ὄχλοις, ὥσπερ φασὶν οἱ πυθμένες τοὺς ἀπαιδεύτους παρὰ ὄχλῳ μουσικωτέρους λέγειν. V.989.

Μήτ' ἀπαγγέλλειν κακά) Præcedens ὑπόταμος ὑπὸ τοῦ κοινοῦ hîc etiam est repetendum. V.998.

Ἀνθ' ὑπουργεῖν) vnica voce scribendum ἀνθυπουργεῖν. V.999.

Ἐγκλῆσαι δίκην) Vide κληδοῦχος, & ὑπέκλεψε γυνὴ apud Suidam. V.1011.

Ἐπίδας) In aliis codicibus legitur ἐπίβα, & ad Hippolytum refertur. Sed nihil mutandum. Est enim ad Hipp. ὑποστροφὴ, quod patet ex versu 1132. πόλων ἐκτὸς ὑπερβάσῃ. V.1128.

Ἄφαν') Sic & in aliis codicibus scriptum legitur, quæ scriptura si mendo caret (quod parum verisimile) datiuum esse dices ἀπικῶς versa diphthongo ει in η. Sed quamuis in plurali nomina tertiæ declin. contract. Atticè sæpissimè τοῦ δ' ξυγοῦ ει in η vertant, vt ἱππεῖς, ἱππῆς, βασιλεῖς, βασιλῆς, non existimo tamen in datiuo singulari idem etiam aut in hac declinatione, aut in prima contract. fieri licere, quemadmodum hîc videmus ἀφανῆ, pro ἀφανεῖ, nec istam lectionem tueri velim. Crediderim potius, expungendum, & neutrum genus in plurali iam loco aduerbij positum. Quemadmodum autem ἐκ τοῦ ταχέα, & ὠκέα, κατὰ συγκοπὴν aduerbia formantur τάχα, & ὦκα, ἀπὸ τοῦ, ταχέως, ᾠκέως, sic etiam nunc ἀφανῆ, pro ἀφανῶς sumendum videtur. Demosth. περὶ στεφάνου. 73. V.1290.

Πολλὰ μὲν φιλόπαιν' ἴσκωμάζοντες, πολλὰ δ' ὑμᾶς κατηρώων τε. pro σφᾶς. Nam πολλὰς non dicitur. Dicitur tamen πολλοὶ at poeticè potius, quam oratoriè. Consule Eustathium in voce πολλοί. Quia tamen & in Ione, versu 1154. legitur in datiuo singulari primæ contractorum, χρυσῆρι, pro χρυσῆρει communi, nihil mutare ausim: at hoc ἀφανῆ pro ἀφανῶς iam sumetur. quod obseruatu dignum, quia rarissimum. Vide Eustath. in ἦ δ' ὅς φθόγγος. Hanc αὐτοψίαν & Latini poëtæ sæpius imitantur, vt Crebra, pro crebrò. Virgil. τῆς γεωργικῶν lib. 3.84.

Victor equus, fontémque auertitur, & pede terram
Crebra ferit. & Multa, pro multum, Virgil. τῆς γεωργικῶν lib. 3. 75. 7.

Victus abit, longéque ignotis exulat oris,
Multa gemens. Recens, pro recenter, V. τῆς γ. lib. 3. 72. 27.

Sole recens orto, &c.

V. 1415. Εἴθ' ὣς ἀραῖον δαίμοσι βροτοῦ γένος) vel est ὑπαλλαγὴ, αὐτὸ τοῦτο, εἴθ' ὅσον ἀραῖος δαίμονες βροτοῦ γένει. Hoc autem metri causa factum dicemus. Vel ἀραῖος actiuè sumetur pro eo, qui alicui diras imprecatur, ac eum execratur, quemadmodum accipiendum videtur in Iphigenia in Tauris, versu 778.

Ἢ σοὶ τε ἀραῖα δώμασιν γένηται. Quam significationem & in vulgatis Lexicis obseruatam reperies.

IN ALCESTIDEM NOTÆ.

V. 25. Ἱερῆ θανόντων) Poëta mortẽ appellat, mortuorum sacerdotem, quòd mors vt quidam sacerdos homines mactet, ac Plutoni, Inferorum regi mactatos offerat. Ideo mors ipsa versu 75. de se dicit, ὡς καταρξαμένη ξίφει. ἱερᾶ verò κατ' ὑποκοπὴν dictum αὐτὸ τοῦτο, ἱερεῖα, τουτέστιν ἱερία. Hoc autem commune. Illud verò Ionicum.

Ὠνοῖντ' ἄν) Suspicor legendum ἀνοῖντ' ἄν, ab ἀνέομαι, ἀνοῦμαι. Emo, redimo. Sic & alter Latinus interpres videtur legisse. Vel ὀνῆντ' ἄν, ab ὄναμαι, iuuor, vtilitatem ex aliqua re percipio. V. 60.

Οὔτου τόδ' ἔγχος) Οὗτος, αὐτὸ τοῦτο, οὗ, videtur legendum. V. 77.

Τί γὰ θαρσοῦσι;) Fortasse melius, τί σε θαρσοῦσι; V. 95.

Εἰ φῶς τόδ' ὧν) In aliis codicibus scribitur εἰς φῶς. ὧν, αὐτὸ τοῦτο, ἐν φαεσί. Sic autem Stiblinus, *O si in hac luce esset Oculis videns.* Et post verbum ὧν, distinctio notatur: Sed nihil innouandum. Nam hæc ita sunt accipienda, εἰ Φοίβου παῖς ὧν δεδορκὼς τόδε φῶς, αὐτὸ τοῦτο, εἰ τόδε φῶς ἔλευσσεν, vel ἔβλεπεν, id est, Si Phœbi filius hanc lucem aspiceret, si viueret. V. 120.

Φοίβου παῖς) ἀπελφεκτικῶς Æsculapium intelligit, de cuius parentibus, & origine vide Ouidium τῆς μεταμορφώσεων lib. 2. 544. 55. & Fast. lib. 1. V. 122.

Accepit Phœbo, Nyphaque Coronide natum, &c.
Et τῆς μεταμορφ. lib. x v. 348.

Δμηθέντας γὰρ δίκῃ) Ouid. τῆς μεταμ. lib. 2. 55. de Æsculapio infante verba fiunt, V. 125.

Aspicit infantem, totique salutifer orbi
Cresce puer, dixit, tibi se mortalia sæpe
Corpora debebunt. Animas tibi reddere ademptas
Fas erit, idque semel Dijs indignantibus ausus
Posse dare hoc iterum flamma prohiberis auita.

Consule & Cic. de Nat. Deorum. lib. 3. 70. B. 71. A.

Περὶ αὐτὸν εἶλε δύσολον) Virgil. Æn. 7. 300. V. 126.

Tum pater omnipotens, aliquem indignatus ab vmbris
Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ,
Ipse repertorem medicinæ talis, & artis,
Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad vndas.

Ὦ λίκκοι) Huic simile lamentationem instituit & Dido apud Virgil. Æn. 4. 210. & apud Sophoclem in Oedipo Tyranno Iocasta regina, pag. 201. M. & in Trachiniis 364. Deianira, quum ea dicit, quæ locum istum exornare possunt, V. 175.

Φεύγουσιν οὐδὲ δὴ τὸν γωνάκτα δεμνίοις
Τοῖς ἠσκημένοις χροτὶ βάλλουσιν φάρη.

Ὅπως σὴ ἐτέλεστε πυδ' ὑπερδρομὸς ἀνία,
Κυτίζιν' ἐν μέσοισιν δύναις θείοις.
Καὶ δακρύων ῥύξασα θερμῶν ἀκμάτα,
Ἔλεξιν, ὦ λέχη τε, καὶ νυμφεῖα ἐμά,
Τὸ λοιπὸν ἥδιν χαίρειδ', ὡς ἐμὶ οὔποτε
Δέξειδ' ἔτ' ἐν κοίταις ταῖσδ' ἐνήσεται.

Ὁ οὔποτ' ἐκλελήσεται) ἀντὶ τοῦ, οὐ φύσεται. Sed τὸ υ τῆς διφθόγγου οὖ nunc est elisum metri causa, ideóque solus V.196. spiritus asper supra τὸ ο remansit.

Κλέψαι πρόσωπας) Si codex sanus, hoc verba sonant, Furari solis aspectum vult, id est, Solis lucē furtim, ac raptim intueri vult. Alioqui fortasse videretur legendum, βλέψαι πρὸς αὐγὰς βούλει τὰς ἡλίου, id est, Splendidū solis lumen intueri vult. V.204.

Ἡμέρας) Mallem ἀμέρας. Doricè enim hîc loquitur poëta. Sic eodem versu dicit ἄλιος, & sequenti, νηφέλας, pro communibus ἅλιος, & νεφέλης. Sed non hoc tantùm in loco: verùm & in aliis multis eundem errorem reperias, & contrà, passim legas Doricè multa vocabula importunè prolata, quū nulli Dorismo locum esse constat. Quod ab imperitia, & negligentia librariorum, ac typographorum manasse quis non videt? Quare lectorem semel admonitum volui, ne quoties in hęc vocabula inciderit, turbetur, quasi poëta varias dialectos temere confundat. Ne tamen quis aliquīd à nobis confidentius innouatum putaret, hęc vt offendi scripta, sic etiam intacta censui relinquenda, præsertim cùm sensus ex vulgata lectione, metrorum lege non violata, commodus elici possit. V.243.

Πόσι) Sic & versu 323. id est, ô marite. Interpretes alij videntur codicem nacti, in quo scriptum erat, ποσί, id est, pedibus. Vtraque lectio bonum habet sensum. Nihil tamen mutandum. V.268.

Ἥκον βίου) ἀντὶ τοῦ προσήκοντος. Hoc verò Atticè pro communi προσήκοντος Βίου, sub. ἕνεκα. Cùm deceat ipsos honestè mori pro filij vita. Scholiastes aliter, ἥκοντος καιρὸν τοῦ βίου πρὸς τὸ καταθανεῖν. Lectori iudicium vtriusque lectionis permitto. V.29.

Μονάμπυκας) Videtur compositū pro simplici μόνους. Sic & V.428.

Sic & in Supplicibus v.586. aliàs σωφρονίμως dicitur μανεστόλους, μονήρεις, & κέλητας. De quibus vocabulis Eustathium consule.) (πίδριπτα.

Οἶκον ἐκτενοῦσι) Alter interpres, Habitans. Alter, Colas. Sed neuter verbi vim expressit, quod significat, Ores, vel Orabis. Si codex mendo caret, figuratè sedibus infernis, sole carentibus, ac obscuris tribuetur, quod earum domino Plutoni propriè conuenit, quem ethnici precibus orabant, vt propitium haberent. V.437.

Ὅς' ὅλλ' κώπα) Charontem ἀφεφραστικῶς intelligit, quem poëta Æn.6.253. nobis longè melius describit, quàm Euripides, Euripidisque verba diuinitus interpretatur, V.439.

Portitor has horrendus aquas, & flumina seruat
Terribili squalore Charon, cui plurima mento
Canicies inculta iacet: stant lumina flamma:
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.
Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat,
Et ferruginea subuectat corpora cymba
Iam senior: sed cruda Deo, viridisque senectus.

Σπάρτα) Mallem Σπάρτᾳ cum ι subscriptio, ἀντὶ τοῦ, ἐν Σπάρτᾳ, ἤτοι Σπάρτῃ. Vel τὸ ᾳ ἀπικῶς, ἰωνικῶς, καὶ δωρικῶς sublatum dices, quod parum verisimile. Sic etiam ἄρᾳ potius, quàm ὥρᾳ. id est, certo statóque anni tempore. Vel καὶ particula subaudienda ante ὥρᾳ, vel est ἀσυνδέτον τοῦ πολυσυνδέτου ἐπὶ τοῦ δωρισμοῦ. Locus enim iste nobis ita videtur accipiendus, νίκᾳ Καρνείου μηνὸς κύκλος ὥρᾳ περιίστηται Σπάρτᾳ, ἀντὶ τοῦ, νίκῃ ὁ τοῦ Καρνείου μηνὸς κύκλος περιίστηται, παρέρχεται τῇ Σπάρτῃ, ὡρισμένῳ τοῦ ἔτους χρόνῳ, καθ' ὡρισμὸν, καὶ παγκαθὸν τοῦ ἑαυτοῦ χρόνου. περὶ δὲ τῶν Καρνείων consule Athenæum lib.4.71.8. & deinceps. & lib.14.315.19. & deinceps. Vel ἄρᾳ τῇ εἰρεσιώνῃ ὁμοιότητι, τουτέστιν ἔαρι, καὶ κατὰ πεπταῖς, ἤγουν ὥρᾳ γάρ τι ἔαρ κατ' ἐξοχήν. Eustath. ὥρᾳ, τὸ ἔαρ, καὶ ἁπλῶς κλῶ· οὕτω λεγόμενον ἐκλείπως λέγεται. οἷον ἐκ τοῦ, ὅσα τε φύλλα, καὶ ἄνθεα γίνεται ὄρνιθος δὲ τοῦ, ὄρνις ἐν εἰρεσιώνῃ ἐστίλωσε. 256.631.6.

Κτανὼν, & θανών) Cum Cantero mallem & ego κτανών, & θανών. Si tamen in codice nullum est mendum, hæc δωρικῶς scripta dicemus. Dorienses enim V.438.

non solùm in genitiuis pluralibus declinationum simplicium τὸ ω in α mutant: sed etiam in multis nominibus,& participiis in quibus est α. Quod ad primam,& secundam declinationem nominum simplicium attinet,non est opus vllis exemplis, quia res est luce meridiana clarior, & non tantùm antiquiores, sed & recentiores Grammatici hoc obseruarunt, & scriptis mandarunt.Sed in tertiæ etiam, & quintæ declinationi genitiuis pluralibus eundem Dorismum habere locum nec animaduertisse,nec alios admonu sse mihi videntur,aut quinam isti fuerint, qui nos hac de re monuerint, equidem ignoro, & ingenuè fateor nihil huiusmodi apud vllum vel Græcum,vel Latinum scriptorem hactenus à me lectum,& obseruatum. Quare in eorum gratiam,qui linguæ Græcæ dãt operam,variis exemplis nostram sententiam confirmabimus. In tertia declinatione,Pindarus Pyth.Ode x.ex Stephani typis,pag.320.dixit, παίδων διαυλοδρομᾶν,pro communi δολιχοδρόμων.Et 324. ὀρθιαῦ κιοσδάλων.pro ὀρθίων.Idem Pyth.Ode xij.342. αὐλεῖ,pro αὐλῶν,ab αὐλὸς,οῦ.ὁ. Tibia.Idem Nem.Ode 11.358.2. ἱερᾶν ἀγώνων.pro ἱερῶν.Et Ode 1v.384. θρασυμαχᾶν λεόντων. pro θρασυμάχων. &c. Hîc præter ipsum ω in α mutatum, in plerisque etiam accẽtum Doricè mutatum videmus. In quinta,Theocritus Idyllio primo,4. Καὶ τὰν Κρατιδᾶν, pro Κρωτιδῶν,à recto Κρατιδᾶς,pro Κρωτιδᾶς.Idem Idyll.v.54. τοῦ ἀγρᾶ,pro τῆς ἀγρᾶς,ab ἀγρὰ. Quinetiam apud Aristophanem ἐν Νεφέλαις pag. ex Basil. typis in f° cum Scholiis Græcis, 80. legitur in tertia contractorum, κιθρᾶν,pro κιθρῶν,à recto κιθρᾶς.

Κιθρᾶν τιμάχῃ μεγάλας ἀγαθᾶς.pro κιθρέων,ῶν. Vide Scolia. In nominibus verò, nulla genitiui pluralis habitatione,πεσσᾶτος,pro πεσσῶτος, Theocr. Id.8.72.versu 5.& 76.1.& passim. In participiis, vt, πεινδῶτι,pro πεινῶντι. Theocr.Idyll.x v.130.1.Sed (si modò consiliis, conatibúsque nostris Deus Opt.Max.faueat) hisce de rebus & fusiùs, & dilucidiùs agetur in nostro Lexico Dorico,vbi tota lingua Dorica ad certas regulas,& præcepta reuocabitur,& exemplis illustrabitur.

Συμβᾶλᾶν

Συμβαλαν) Fortasse συμβαλῶν, vt sit participium futuri,quod sensus ipse videtur indicare,Commissurus. Nondum enim certamen ab Hercule commissum erat. vel ἂν subaudienda, quæ vim futuri verbis addere solet non rarò.vel est χρόνου ἐναλλαγή. V.504.

Χαρᾶ μελέων) C.legendum putat χάρᾳ τε λέων. Quod mihi quoque vehementer placet.Quid autem hæc sibi velint,ex Eustathio patet, χάρᾳ λέων (inquit) ὅπισθιακὸς, ὅτι τὸ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῶ χαροπότητος ὅτω λέγεθ, διὰ τὸ θηνατικοποιὸν,παρὰ τὸν ἐν Ἅιδου Χάρωνα.Sequentia verba, βαλιαὶ τε λύγκες istam emendationem confirmant. Nam particula τε præcedentem alteram τε videtur iã desiderare, vel saltem nomen aliquod animalis alicuius,vt leoni,vel alius. V.578.

Κἰσθίεσκ) Canterus ἐχάρᾳν emendat. Ego (si diuinare licet) crediderim hæc ita legenda, ἃ πίεσκ' ἐπὶ Μολοσσῶν πάσσας. Quæ statio ponitur vltra Molossos, quæ vltra Molossorum regionem sita fertur. V.593.

Ἧσται) Tertia singularis perfecti passiui ab ἵζω, ἵσω (quod inusitatum) perf.pass.ἧσμαι.ἧσαι.ἧσται. V.604.

Νερτέρων ἀγάλματα) Inferorum delicias. Dona,quibus mortui, siue manes, qui sunt apud inferos, delectari solent. V.613.

Καταφθινεῖν) Si codex sanus est,dices esse futuri,non tamen vsitati, infinitum, pro communi, receptóque καταφθίσειν, vt ἀ φθίω, quod à φθίω, de quo Eustath. Quod metri causa fiet,vt syllaba φθι corripiatur.Nam in senarij sexta sede spondeus non habet locum,vt docet Hephæstion. Quare καταφθινεῖν præsentis esse non potest,si syllabarum quantitatem spectes, licet Atticè formatum videatur à grauitono circumflexum. τὸ δὲ φθι μακρόν.Hom.Odyss.Ξ.410. V.622.

Τοὺ μὴ φθίνοντος μιλῶς, πυ δ' ἰσταμένοιο. Et Odyss. T.574.

Λύειν βροτοῖσιν) λυσιτελεῖν, expedire, conducere, vtiles esse. ἄξιον δὲ, λυσιτελεῖς, σύμφορον, συφέρον, ὠφέλιμον. V.628.

Τοὐπισ'.εἶ) τὸ ὅδε σοι. καὶ τὸ ὅδε σοι ὄν, quantum in te est. V.696.

V.694. Τὸ μὴ θανεῖν) διὰ τὸ μὴ θανεῖν, ἕνεκα τοῦ μὴ θανεῖν.

V.704. Εἰς ἐμὲς κακῶς) Vel cum Cantero legendum, εἰ σὺ ἐμὲς κακῶς. vel interrogationis nota post verbum ἐμὲς κακῶς. erit collocanda. Sic, ἐρεῖς; Nobis malè dices?

V.733. Αἷμα) Subaudiendum διά. δι' αἷμα verò, ἀντὶ τοῦ, διὰ τὴν ὠὸνον. σφαγὴν.

V.734. Ἔῤῥου) ἀντὶ τοῦ ἔῤῥε, quod vsitatius. Hoc ab ἔῤῥω. Illud, ab ἔῤῥωμαι. Quæ verò sequuntur χ' ἥ, sic fortasse melius, χ' ἥ, pro κ' ἥ.

V.741. Ὦ χθονία, τόλμης, γυναῖα) C.Nou.Lect.lib.v i i i.cap.v. legendum esse dicit τολμῆς. Hæc sunt eius verba, quibus suam emendationem tuetur. Oedipus (inquit ille) rex in sua fabula Creontem per iram sic alloquitur,

Οὗτος σὺ, πῶς δὴ δεῦρ' ἦλθες; ἢ τοσόνδ' ἔχεις
Τόλμης ἀφ' ὅσωπον, ὥστε τὰς ἐμὰς σέβας

Ἵκου, &c. (Sic enim in Canteri correctione constat legendum, vt apud Sophoclem, in Oedipo Tyranno, rectè scriptum extat, pag.174. non autem ἀκου, vt in Canteri codice vitiosè scribitur.) Horum versuum secundi corruptum est initium, & pro τόλμης, scribendum τολμῆς. Nam quemadmodum τιμῆς pro τιμήεις, sic τολμῆς pro τολμήεις contractum vsurpatur. Sed (quod cum bona tanti viri venia dictum volo) nec apud Sophoclem, nec apud Euripidem quidquam nunc est mutandum. Vulgata enim Sophoclis lectio pulcherrimum habet sensum, & elegantem ἀναλλαγὴν, ἀντὶ τοῦ, ἢ τοσοῦδε τόλμης ἀφ' ὅσωπον ἔχεις; An tantæ audaciæ vultum habes, pro, an adeo audax es, vt, &c. Vultus autem mentionem fecit, quòd pudoris sedes in oculis sita credatur. Ideo poëta hominem impudentem κυνώπην, id est, caninis oculis præditum appellare solet. Quid quæso significarent ista, ἢ τολμῆς τοσόνδ' ἀφ' ὅσωπον ἔχεις; Hoc verba sonant, An audax tantum vultum habes? Quid opus ista mutatione? Quis hanc ἀναλλαγὴν hoc loco non animaduertit? Iudicet Lector.

Apud Euripidem verò, si quid sit mutandum, solum κόμμα, quod virgula vulgo vocatur, post τόλμης, tollendum videtur. Sic autem locus intelligetur, ὦ χθονία τόλμης ἕνεκα. O mulierem audaciæ causa generosam. O generosam mulierem, quæ pro marito mori audet. Si Canteri correctionem sequaris & accentum, & genus nimium confidenter mutabis. Cùm autem Euripides dicat χθονία, & γυναῖα, cur nulla cogente necessitate vocem τολμῆς pro τολμήεις, hócque pro τολμήσασα, nunc ἀπλῶς inter duo communia ὁπότερα, in eodem versu ponendam esse contendes?

Ἀλλ' ἢ πέπονθα) Mallem ἀλλ' οὔ. Vel interrogationis notam tolle. V.816

Τίθεις ἀλγέων) Canterus emendat πιθεῖσ' ἀλγέων. Ego verò πιθὼς legendum arbitror, à πιθέω, ῶ. quod non solùm poëticum: sed etiam orationis solutæ, & Atticis familiare. Nullum dolorum finem facis, nullum dolendi finem facis. Hoc autem ad Admetum referetur. Si lectionem Canteri sequi malis, hoc participium πιθεῖσα ad τύχα præcedens erit referendum, & cum verbo ἥκει coniungendum. V.890.

Διαβάντε) ἀπλῶς ἀντὶ τοῦ κτίνοδ διαβάσα. Subaudiēdum autem ψυχὰ, vel ψυχὰς, vt ante. Sæpe enim poëtæ nomen plurale cum participio dualis numeri coniungunt, vt hoc loco videmus. V.902.

Κλαίει) Mallem κλαίῃ, vt sit subiunctiui, quod ex præcedentibus, & sequentibus poëtæ verbis facilè colligi potest. V.448.

Ἐλίσσει) Scribendum videtur ἑλίσσει, ἀντὶ τοῦ ἑλάσσουσι, κατὰ χρόνου ἐναλλαγὴν. Exagitabunt. V.951.

Ἤξα Vel ᾱ subscriptum nunc Atticè, Ionicè, & Doricè neglectum, vel (quod longè probabilius) ᾗξα scribendum, ab αἴσσω, ξω. V.963.

Ἀνυπτιῶν) Vide in vulgatis lexicis αἰπήμης, & αἰπήμα φάρμακα. Hunc locum interpretes Latini non satis bene videntur interpretati. V.972.

Δαμάζεις σὺ βίᾳ σίδαρον) C.N.Lect.lib.4.cap.x i x. legēdum censet, δαμάζει σου βίᾳ σίδαρον. i. Domat tua vi ferrum. Et τὸ δαμάζει ad ζιὰ præcedens refert. Quam correctionem & ego laudo. Hanc præcedentia confirmant. V.981.

V.989. Σκότιοι) νόθοι. furtim geniti.

V.992. Φίλα δ' ἔπ) Nisi fallor legendum, φίλα σ' ἔπ. id est, & adhuc.

V.996. Χῶμα νομιζέσθω) Fortasse νομίζεσθαι, αὐτὶ τοῦ, νομίζου, hócque pro νόμιζε, id est, Existima. Illud quidem ἰωνικῶς. Iones enim sæpe infinitos vsurpant pro imperatiuis. Hom. Iliados B.

Παῖται μετ' ἀμφιπόλοις ἀγορὴν ἐέρδμεν ἀγῆρθεν.

Hoc verò ἀττικῶς. Attici enim sæpe passiua, vel media pro actiuis, & contrà, solent vsurpare. Vel τὶς subaudiendum, & νομιζέσθω pro νομιζέτω accipiendum Atticè. Canterus τύμβου putat legendum. quod non displicet. Vocabit autem poëta χῶμα τύμβου, αὐτὶ τοῦ, τύμβον ἐκ χώματος, εἴτε γῆς χωσθείσης, καὶ συμφορηθείσης πεπιεσμένον. Sepulchrum ex terra congesta factum. Hæc ideo dicuntur, quia τύμβον genere neutro dici non potest.

V.1023. Πρόξας) κακῶς δηλονότι.

V.1037. οὔτοι σ' ἀπιμίζων) Metri causa, quia τὸ π in verbo πιμπλῶ, & aliis inde formatis longum est, legendum crederem, οὔτοι σ' ἀπίζων, vel οὔτοι σ' ἀπιμῶ, οὐδ' ἐν αἰχροῖσιν πείσῃ. Sed si αἰχροῖσιν retineas τὸ ι finale produci dices, quod aliâs corripitur, cùm naturâ sit anceps. In Aristophane passim hoc reperias factitatum vel à poëta consultò, vel à typographis per negligentiam litera omissa.

V.1055. Εἰς θάλαμον βύσας) Canterus βύσας legendum putat, quod αὐτὶ τοῦ ἀναβιβάσας, ἤγουν ἀναβιβάσας sumetur, id est, Vbi eam in defunctæ thalamum ascendere fecero, vel iussero. Vbi eam in defunctæ thalamum deduxero. Sed ego nihil mutandum censeo, cùm ex vulgata lectione commodissimus sensus eliciatur. An in defunctæ thalamo eam conclusam alam? Βύω. μ. βύσω. φράττω, κλείω, συγκλείω. εἰς θάλαμον βύσας, ἀττικῶς, αὐτὶ τοῦ, ἐν τῷ θαλάμῳ συγκλείσας. Hæc autem non contradicendi studio. nec vt aliis acutior, ac peritior habear, à me scribuntur: sed vt omnes intelligant, nihil temere mutandum in auctoribus, quos explicare, non vitiare, neque mutilare decreuimus.

Ταῦτ'

Ταῦτ' ἔχουσα) Mallē ταὐτὰ ἔχουσα, pro ταὐτά, τὰ αὐτά. Eadē. Sensus, & legitima cōstructio lectionē istā flagitat. προσπίξαι verò, similis es. à verbo προσπίκω, assimilo, vel similis sum. Futurum προσπίξω. perfectum pass. προσπέπιγμαι, προσπέπιξαι, hinc per διάλυσιν, προσπίξαι, ᾗ ἔστιν τὸ εἰς η, προσπίξαι. Aliâs à προσπίσσω. ξω. deduceretur, quod irruo significat. Sed hoc ad rem præsentem nihil facit. A προσπίκω formatur προσπικάζω, τὸ προσεμοιῶ, similem facio, reddo, puto, quod in oratione soluta frequens. Hinc etiam poët. εἴσκω, τὸ δοκῶ, ᾗ τὸ προσπικάζω. Hom. Il. E. 182. V.1062.

Τυδείδῃ μιν ἔγωγε διάφορον πεύθομαι εἶσαι.

Οὐ γαμεῖς, ἀλλὰ χηρεύεις) αὐτὶ τοῦ, γαμήσεις, ᾗ χηρεύσεις. χέρνης ἐναλλαγή. Sic versu 1094. καλῶ, pro καλέσω. Lauda me, vel vitupera vt virum hunc nunquam sponsum vocaturus. Non curo vtrum me laudes, an vituperes, quia nunquam me sponsum vocabis. V.1089.

Ἀνίλπιστον τόδε) Subaudi κρίνω, vel νομίζω. V.1123.

IN ANDROMACHAM NOTÆ.

Πλασθεῖσα) κατὰ συγκοπὴν, αὐτὶ τῦ, πεπλασθεῖσα. à πελάζω. σω. V.25.

Μανίας, ὦ) Hic locus ita nobis accipiendus. μανίας, δι' ὦ ἥκεται Φοίβου φόνου παθών, ἤγουν πατρῴου φόνου, οὗ, δηλονότι πρᾴγματος, δι' ὦ αἰτησιν, δι' ὦ κατηγορίαν Φοίβου, νῦν πάει δίκῃ. Vt autem apud Latinos dicitur, Aliquem cædis postulare, i. accusare, Vel. De cæde postulare, sic etiam apud Græcos, αἰτεῖν τινα φόνου, ᾗ περὶ φόνου. V.52.

Ἔπεμψ' αὐτόν) Canterus, ἐς αὐτόν. Subaudiendum autem erit ἀγγέλους. Atqui non semel tantùm: at q. d. Iæpius, ad ipsum misi nūcios. Potest & ita nō ineptè versum explere, vt nihil subaudiatur, ἔπεμψα μέτ' αὐτόν. pro μετέπεμψα. accersiui. Per nuncios ipsum accersiui. μεταπέμπειν enim, & μεταπέμπεσθαι idem. V.81.

V.85. Μηχανᾶς.χωὶ ἀφεῖ.) Euripides in Medea, versu 407, πεφύκαμεν

Γυναῖκες εἰς μὲν ἔσθλ' ἀμηχανώτατα,
Κακῶν δ' σοφώτατα.

V.100. Χρὴ δ' ἔποτ' εἶδέν' ὄλβιον βροτῶν) Canterus versum hunc ita corrigit,

Χρὴ δ' οὔ ποτ' οὐδὲν' ὄλβιον βροτῶν.

Quare τὸ εἰδέναι retinet, quod ob sequentem vocalem reiecit metri causa diphthongum αι. quod poëtis familiare. εἰδέναι verò sumetur pro νομίζειν, id est, existimare. Ego verò sic,

Χρὴ δ' οὔποτ' εἰπεῖν οὐδὲν ὄλβιον βροτῶν.

Idem & in Troadibus: at aliis verbis repetitur, vers. 510. Et in Heraclidis, versu 865. & 866. Herodotus lib. 1. 8. hoc dictum Soloni tribuit, qui Crœso dixerit neminem beatum esse iudicandum ante mortem. Arist. περὶ ἠθικῶν τῶν Νικομαχείων lib. 1. cap. 9. 4. A. & cap. 10. M. Solonis dictum, mentémque nobis interpretatur. Huc spectant quæ Sophocles in Oedipi Tyranni fine, pag. 210. dicit,

Ὥστε θνητὸν ὄντ', ἐκεῖνον τὸν τελευταῖον ἰδεῖν
Ἡμέραν ὄπισθοπομπα, μηδὲν ὀλβίζειν, πρὶν ἂν
Τέρμα τοῦ βίου περᾶσῃ, μηδὲν ἀλγεινὸν παθών.

Quam sententiam Ouid. περὶ μεταμορφ. lib. 3. 95. Sic expressit, *Sed scilicet vltima semper*
Expectanda dies hominis est, dicique beatus
Ante obitum nemo, supremáque funera debet.

V.108. Εἴλκυσε δ' ἕκτορα) Virgil. Æn. 2. 146.

In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi, largóque effundere fletus,
Raptatus bigis, vt quondam, atérque cruento
Puluere, pérque pedes traiectus lora tumentes.

Idem Æn. 1. 127.

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros,
Exanimúmque auro corpus vendebat Achilles.

Hom. Iliados X.

Ἦ ῥα, καὶ Ἕκτορα δῖον ἀεικέα μήδετο ἔργα.
Ἀμφοτέρῳν μετόπισθε ποδῶν τετληότε τένοντε
Βῆ σφυρὰ ἐκ πείρινε, βοείας δ' ἐξῆπτεν ἱμάντας,

Ἕ δὲ

Ἕ δὲ φέρετο δ' ἔσκετο κάρη δ' ἕλκεθε ἆσσον ἑαυτῷ, &c.

Vide & Iliados Φ. in principio. V.121.

Εὑρεῖν) Canterus vel τιμᾶν, vel τίμιον legendum censet. Sed siue locutionem, siue sensum, & syllabarum quantitatem hoc loco spectes, nullam mutationis faciendæ necessitatem nobis imponi cognosces.

Ὡς ἡ Λακαίνα τῆς Φρυγῶν μείων πόλις V.193.
Τύχῃ δ' ὑπάρθοι, καὶ μ' ἐλεύθεραν ὁρᾶς; C. N. Lect. lib. 1. cap XVII. priorem versum sic emendandum ait,

Ὡς τῆς Λακαίνης ἡ Φρυγῶν μείων πόλις.

Sed si correctionem istam sequaris, quæ maximam habet mutationem, non solùm sententiæ venustatem, & acumen tolles: sed etiam poëtæ mentem oppugnabis, ac euertes. Hic enim est huius loci sensus: An ego à legitimis nuptiis arcere, ac propulsare te videor, quasi Spartana ciuitas minor sit Phrygum vrbe, Troia scilicet, quasi etiam patria mea tuam fortuna, & felicitate superet, & ego quidem libera, tu verò serua sis? Quis crediderit te Spartanam, quæ virum recenti victoria ferocem habes, quæ propter Spartanæ ciuitatis potentiã, & felicitatẽ magnifice de te sentis, à me muliere Phrygia, captiua & ob patriã à Græcis expugnatã, ac euersam afflicta, & de me demisse sentiente, à legitimo connubio repelli? Quis hoc crediderit? Audiamus rationes, quas Canterus affert, vt suam lectionem tueatur. Non potuit (inquit ille) vrbs Spartana simul & μείων esse, & τύχῃ ὑπάρθοι. Fateor & ego. Nam τὸ μείων iam non tam ad vrbis, ac murorum ambitum, & amplitudinem, quàm ad eius opes, virésque referendum. Vix autem credibile videatur potentiores ab infirmioribus superari, & secundam ab aduersa fortuna vinci. Res hîc humano more perpendimus, nec de diuina potentia disputamus, cui nihil ἀδύνατον. Si vera sunt, quæ Canterus eo loco dicit, quomodo igitur ἡ Φρυγῶν μείων πόλις τῇ τύχῃ ὑπάρθοι τῆς Λακαίνης? Hæc ipsa correctio rationes eius refellere videtur. At fortasse μείζων πόλις scribere voluit, id est, maior, ac potentior. Hoc verisimile. Sic autem vertes,

Quasi Phrygum vrbs maior, (ac potentior sit) Spartana,

Eámque felicitate superet.

Nos verò vulgatam lectionem vt optimam sequi non dubitamus: at poëtæ verba sic explicanda censemus. ὡς ἡ Λάκαινα πόλις, ἡ Σπάρτη δηλονότι, μείων, μικροτέρα, καὶ ἀδυνατωτέρα ὀξὺ τῆς Φρυγῶν πόλεως, τῆς Τροίας, καὶ τῇ τύχῃ ὑπορθεῖ τῷ Σπάρτῳ, τῇ δυτυχίᾳ τῷ Σπάρτῳ ὑπορβάλλει. Sic enim τὸ ὑπορθοῦν construendum videtur, vt τὸ ὑπορθορεῖν, & τὸ ὑπορθεκμεῖν, quæ sunt synonyma. Hom. Iliad. Θ. 281. 20.

Ἵππων ἦρα πάφρον ὑπορθορέσσαμεν ὠρικτῷ. Eurip. Ione. versu 973.

Καὶ πῶς τὰ κρείσσω, θνητὸς οὖσ' ὑπορθράμω;

Tantùm post nomen πόλις, distinctionem ponimus, nihil præterea mutamus. Nam quòd verbum ὀξύ, vel ὑπαύχῃ sit subaudiendum, vel cæcus videat. Hoc autè ἐλλείψεως genus & poëtis, & oratoribus, & historicis est familiare. Si quis exempla cupit habere, consulat nostrum Græcum indicem in Xenophontem. Hic vnus eius desiderio prolixè satisfaciet. Illud ad huius loci faciliorem intelligentiam addetur, hæc αὐτοφερεστικῶς, serúsque contrario sumenda. Voluit enim Euripides demonstrare Hermionem non debuisse tale quid de Andromacha suspicari. Rationes hæ sunt: Quia Spartana ciuitas est & potentior, & fortunatior Troianorum vrbe, quam Græci bello captam, ac diteptam, muris, ac aliis ædificiis euersis, & incolis, qui superstites erãt, in seruitutem abstractis, incenderant. Lector humanus de nostris scriptis ἀπαθῶς, ἀπροσωπολήπτως, καὶ μὴ πάσης ὑπεικείας secundum veritatem iudicet, sententiámque ferat.

V.217. Ἔκτεινας αὖ πάλιν) πάλιν legendum, τὰς γυναῖκας scilicet.

V.254. Μένα πόσιν) Vel est χρόνου ἀναλαγὼν, vel ὡς subaudienda, quæ vim futuri verbis addere solet, vel μένω legendũ.

Σφάζ' αἵματος θεᾶς) C. N. Lect. lib. 1. cap. XVIII. legendum putat,

Σφάζ' αἷμα σοὶς θεᾶς ἔναιμον, ἡ μέτεισί σε.

Quam emendationem & ego laudo. σφάζειν autem αἷμα τραχυκώτερον dicetur, ὡς τὸ, ἐμοῦ σφαγίοις ἔκχει Me iugulata effunde. Quanquam non reiicienda fortasse fuerit nostra coniectura, quam secuti, olim hæc ita legenda

genda existimabamus, σφάζ' αἷμα. εἰπὼν τοῦ, σφάξασά με, τὴν ἐμοῦ σφαγὴν αἵματι θεᾶς βωμὸν μίανε. Iugulata me, mei iugulatæ sanguine aram Deæ pollue.

Α' δ' ἔστ' ἐχθύνης) Hæc ita legenda puto, Α' δ' ἐστ' ἐχ. quod ἀφεικὼς dictum, pro ἢ δι. Hic autem articulus referendus ad sequens γυναικὸς, de qua verba fiunt. Sed non solùm hîc: at & sexcentis aliis in locis reperias, nescio cuius culpa, Dorismos quosdam importunos, quum nullus ipsis locus commodè dari potest, vt quũ Atticè quis loquitur, & tamen μάτηρ, vel ἁμέρα, pro μήτηρ, & ἡμέρα dicit. Quinetiam sæpe contrà, quum opus est Dorismis, & quum quis Doricè loquens introducitur, vocabula nimis communia, vel ἀπλικώτατα nanciscaris, vt μούσης, τραπέζης, ἠμέρης, ἠλίου, δηλίου, pro, μούσας, τραπέζας, ἁμέρας, ἁλίου, δάλιου. Quod vitium & apud Theocritum passim offendas. Nihil tamen ego mutare: sed lectorem monere statui. V.271.

Ταῖσδ' ἐπεί) Mallem ταῖς δ' ἐπεί. αἱ δὲ τρεῖς θεαί. V.283.

Ἀντίπαιδες) Canterus, αὐτίπαιδες. Suidas. Ἀντίπαις, ὁ ἐγλιὲ ὢν τοῦ ἴουλος ἠβιόδων. ὁ τὸν πώγωνα ἐκφύων. ὁ δὲ Ἀριστοφάνης τὸν σοφισθέντα, καὶ ἀνδρόπαιδα εἶπεν. V.326.

Σὺ τόνδ' ἀγωνὴ φόνον) Huius loci dilucidiorem explicationem habemus infra, versu 549. & 550. V.336.

Ἐξεπτόμεσθα φρενός) ἔξω φρενὸς ἐπτόμεσθα. Videtur ἀπλικῶς actiuum pro passiuo positum, ἐξεπτόμεσθα, id est, Et tua modestia ex mente tua instar sagittæ emissa est. Omnem modestiam perdidisti. Nullam in dicendo modestiam seruas. Vel, Et tua modestia aberrauit à mẽtis scopo. Erit autem metaphora sumpta à sagittariis, qui sagittas extra metam propositam eiaculantur, nec ipsum scopum assequuntur. V.365.

Καίνις) ἔκαινισε: at neglectum incrementum. vel καίνεις legendum. καίνῃ δὲ, κτείνῃ, φονεύσει, V.388.

Ἐξικμάζω) Defleo, deploro. Vide Lexica. Alter interpres ἐξιχνιάζω videtur legisse. Vertit enim, Scrutor. V.398.

Αὐτ' ἄπιεσι) αὐτὰ τὰ τέκνα. Quidam αὐτὸ, δηλονότι τὸ πρὸς τὴν τέκνων αἰῶ ῥηθέν. Sequenti versu legere mallem συζυγὼν δ' ἐδαμασεῖ, vt τὸ δὲ respondeat τῷ μὲν præcedenti. V.419.

V.438. Τοῖς γ' ἐν Τροίᾳ) C.N.L. lib.1. cap. XVII. τοῖς γε Τροίᾳ· quam emendationem ipsa versus quantitas indicat, & flagitat. Præpositio autem ἐν facilè subauditur. οἱ ἐν Τροίᾳ, sub. ὄντες, vel οἰκοῦντες, αὐτὴ πού, οἱ Τρῶες. paulo post, versu 462. idem loquendi genus ἐλλιπῶς legitur. Andromacha loquitur,

Ἐπεὶ σὺ μὴν πέφυκας ἐν Σπάρτῃ μέγας,
Ἡμεῖς δὲ Τροίᾳ γε. pro. ἐν Τροίᾳ.

V.448. Παῖτα πέριξ) Canterus παντ' ἀπερίξ emendat. Cuius sententiam & ego sequor. πάντα φρονεῖν ἀπερίξ. Loquendi genus poëticum, ac Euripideum. Omnia firmiter, tenaciter, atque pertinaciter sentire. De rebus omnibus suam sententiam pertinaciter tueri, nec vllis aliorum, rationibus ad eam mutandam adduci. Eustath. ἀπερίξ ἐν τῷ πέριξ συγκόπτων, παρὰ τὸν πέρι περιόδους λέγοντα. Sed Suidas multo melius & ἐτυμολογίαν, & significationem huius aduerbij declarat his verbis: Ἀπερίξ. οὐλὴ δυνάμει. ὁμηρικῶς. ἀσφαλῶς. περισπωμένως, ὃ οὐκ εἰδότες περίσσει, διὰ τοῦ σύμφυσιν, id est, Totis viribus, vehementer, validè, tutò, adhærenter (vt ita loqui liceat) quod propter cohærentiam serra secari, diuidique nequit. Formatur autem non vt ἀρία, πέρσω: sed vt ἀρίζω, ῥέρσω, & ῥίξω, vnde κατ' ὀπισθεπτικὸν, πέριξ, addita α, priuatis particula, ἀπερίξ. Sic ab ἀνάσσω, regno, ἄναξ, rex. sic ab ἁρπάζω, rapio, ἁρπάγω, vel ἁρπάξω, ἅρπαξ, rapax. Sic à κηρύσσω, edico, promulgo præconis voce, κηρύσσω, κῆρυξ, præco. eodem modo & alia sexcenta reperies formata.

V.502. Κεκλεμβόα) Dicitur aliàs κεκλεσμβόα, quod frequentius, ἀπὸ κλείω, κλείσω. claudo.

V.553. Ῥᾴμιν ἐπαρῶ λαμβάνειν) Iam (quod obseruatione dignum) τὸ ἐπαρῶ sumendum pro ὀπτυμῶ, cupio. Nisi fortè quis ὀπτυμῶ legendum censeat, cui ne ego quidem repugnarem.

V.567. Οὔτί τῳ) αὐτὴ πού, οὔτί που.

V.603. Τὸν σὸν λιποῦσα φίλιον) Si codex est sanus, εἶκον, vel δόμον subauditur. Vel τὸ σὸν legendum. τὸ φίλιον verò poëta vocabit amicitiæ ius.

V.616. Οὐδὲ πρωθεὶς) Hom. Iliados Δ.137. contrà dicit Menelaum grauiter à Pandaro vulneratum. Hęc sunt poëtæ verba,

Τοῖοί τοι Μενέλαε μαιδόμεν αἵματι μηροὶ
Εὐφυέες κνῆμαί τε, πόδες θ' ὑπένερθε, &c.

Φθεῖρει) ἀπλῶς 2. futuri persona, pro communi φθερῶ. ἀ φθερῶμαι. φθείρεσθαι iam, vt & versu 715. in malam rem abire. φθείρεσθε τῆσδ', sub. χθὸς, vt versu 708. Cum vestra pernicie ab hac muliere discedite. V.708.

Ἐλυμῶνα) Canterus ait rectius ἐμπρύσω cum Scholiaste scribendum. Apud Scholiastem tamè legitur ἐκμπρύσω, quod versus quantitatem vitiat. μπρύω, & μπρύεσθαι, nere, filum deducere, colligere, contrahere, glomerare, quod faciunt mulieres, quæ filum fusis nendo deducunt. Suidas. μπρυομένη. ἕλκουσα, ἐκτεινομένη. μπρύω δὲ τὸ τὰ ἴσια συνάγω. μπρυμα. σπεῖραμα. κάτυγμα. νῆμα. ἐκμπρύειν, & ἐκμπρύεσθαι, explicare, protendere, metaphora sumpta à nentibus. Sed cùm vulgata lectio sit optima, quid opus hac mutatione? λυμαίνεσθαι, βλάπτειν, φθείρειν. At apud Homerum, καθαίρειν, purgare, lustrare. V.719.

Κτίνωσι) αἱ πρὸ κτείνειν ἐθέλουσαι, καὶ ἐπιχειροῦσαι. voluntas enim cum manifesto conatu coniuncta pro ipso facto sumitur. Sic in Ione, versu 1326. ἔκτανεν, pro κτείνειν ἤθελε, καὶ ἐπεχείρησεν. & 1328. κτείνοντας, pro κτείναντας ἐθέλοντας, καὶ ἐπιχειρήσαντας. & 1286. & 1291. & 1300. & 1408. ἔκτανες, pro, κτείνειν ἤθελες, καὶ ἐπεχείρησας. vel, me, quantum in te fuit, interfecisti. Sic versu 1500. ἔκτανα, pro κτείνειν ἠθέλησα, καὶ ἐπεχείρησα. Sic v.1499. ἀπόβαλον, pro ἀποβάλλειν ἐβουλόμην, καὶ ἐπιχειρόμην. sic est v.1501. ἔθνησκες, τὸ κατ' ἐμέ. ὅσον γε ἐμοὶ ἐχρῆτο. καὶ πῶς ἐμοὶ γνώμην, βούλησιν, ὡσάμην. καὶ ἐπεχείρησεν. V.810.

Εἴ σ' ἀφείλω) Mallem ἤ, vel ἤ σ' ἀφείλω; ante dimitterem? V.846.

Σκάφος, ἤ) Nisi fallor, præstaret dicere σκάφος, ὅ, deinde πρῳροπλοῦν πλάτα, εἴτε πλάτη, τοῦτ' ἔστιν ἐρετμός. Scapha, quæ primum nauigans remo Cyanea littora traiecit. Vel hæc ἤ πρῳροπλοῦς πλάτα per præcedentium appositionem, & explicationem dicuntur, quæ tamen paulo durior videtur. V.863.

Τόνδ' ἐλετόμην) Canterus, τόνδ' ἂν ἐλετόμην. Ego verò V.972.

simplicius, τὸν οἱ ἰλιασὸμιλω. Quem errorem passim offendas apud Euripidem. Hunc, quoties ipsa res apertè flagitauit emendationem, emendare non dubitaui, seruatis iisdem literis, distinctis tantùm, & accentu, spiritúque pro loci varietate mutatis, vt sensus haberetur ratio. Vide Ἱκέτιδας. v. 379.

V. 995. Τοῖα δ' αὐτοῖ) Constructio, sensus, versus, vocísque quantitas τοία παρ' ἑυτόνως scriptum postulat.

V. 1013. Ὀργάνων χέρα) Nunc τῶν ἐργαζομένων. Aliàs est epithetum Mineruæ, quod effectricem significat.

V. 1070. Ἰὼ μοι μοι.) Μονόμετρον ἰαμβικὸν ἀκατάληκτον, quod à sequenti versu separandum. Qua de re supra fusius.

V. 1120. Χωρεῖ δὲ πρύμναν.) αὐτὸ τοῦ, εἰς πρύμναν. Ibidem, εἰς κωλῆν τυπεὶς, nunc accipiendum videtur αὐτὸ τοῦ, κωλέως, id est, lateraliter percussus. Eustath. κώλεον, τὸ δύκωλον, ἢ τὸ θυλάσιμον, παρὰ τὸν κῶλα. 701. 5. Idem, κωλέα πλευρά, ἢ θυλάσιμος. 461. 45.

V. 1262. Λευκὰν ἐπ' ἀκτὰν) Insulam Λευκὴν intelligit, de qua Dionys. de situ orbis 42. in Græcis scholiis. & 79.

Ἔστι δέ τις ἐν σκαιὸν εὐρὺ πόρον Εὐξείνοιο
Λευκὴ Βορυσθένεος πολυώνυμος εἰν ἁλὶ νῆσος
Ἠέρων. Λευκὴν μὲν ἐπωνυμίην καλέουσιν,
Οἰωνοὶ δ' οἱ τὰ πάρος τέκνα πάντα λευκὰ τέτυκται

Hanc insulam ab auibus albis, quæ ibi nascuntur, Albam appellatam tradit, si vocem Græcam interpreteris. πτῶπτα verò vocat ὄρνεα τὰ ἐν τῷ πόντῳ ἐνυάλια, quod aues moueant sese dum volant. Eurip. in Iphigenia in Tauris, versu 435. & deinceps,

Πολυόρνιθον ἐπ' αἶαν,
Λευκὰν ἀκτὰν Ἀχιλλέως,
Δρόμους καλλιστάδους, Εὔξεινον κατὰ πόντον. Consule & Eustathium in Λευκὴ νῆσος.

V. 1266. Σκηπτάδος) Eustath. Σκηπτὰς ἀκτὴ, ἄκρα ὡς ἡ τῶν Ἀθηνῶν, ἔπου ὁ τοῦ Ξέρξου τάφος ἐσυσύχησεν. εἴρηται δὲ Σκηπτὰς παρὰ τὸ τῶν Θεσπιῶν φόβους τὸν τοῦ Πηλέως γάμον εἰς σκῆπτα ἐκεῖ μεταβληθῆναι. 306. 11. 1152. 12.

V. vltimo. Τοιόνδ' ἀπέβη τόδε κεφάλαιον.) Post hunc versum hæc videntur scribenda,

Εὐρι-

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ Α'ΝΔΡΟΜΑΧΗΣ ΤΕΛΟΣ.

Deinde

Ὑπόθεσις Ἱκετίδων.

Vel

Εὐριπίδου Ἱκετίδων ὑπόθεσις.

HOc facilè colligi potest ex aliis fabulis, & ex verbis, quæ in Phœnissarum fine, hac ipsa de re à nobis facta sunt.

IN SVPPLICES NOTÆ.

